This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600044140J

Arch. Clar.

B 5. 604.

TEXTUS

SACRORUM EVANGELIORUM

VERSIONIS SIMPLICIS SYRIACÆ,

JUXTA

EDITIONEM SCHAAFIANAM,

COLLATUS

CUM DUOBUS EJUSDEM VETUSTIS CODD. MSS.

IN BIBLIOTHECA BODLEIANA REPOSITIS,

NEC NON

CUM COD. MS. COMMENTARII GREGORII BAR-HEBRÆI

IBIDEM ADSERVATO,

A RICARDO JONES, M. A.

HAUD ITA PRIDEM E COLLEGIO WADHAMI,

ET ECCLESIÆ DE LLANYCHAN IN DIŒCESI BANGORENSI RECTORE.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

1805.

10491. ... 3

BIBLIOTHECA BODLEIANA

REVERENDO ADMODUM IN CHRISTO PATRI,

GULIELMO CLEAVER, S. T. P.

EPISCOPO BANGORENSI,

DOCTRINARUM

IN ECCLESIA ANGLICANA RECEPTARUM

FIDO INTERPRETI,

AC VINDICI ACERRIMO,

OPUSCULUM HOC QUALECUNQUE

SUMMA CUM OBSERVANTIA

D. D. D.

CULTOR EJUS OBSEQUENTISSIMUS,

ET HUMILLIMUS,

RICARDUS JONES.

PRÆFATIO.

CUM inter Teſtamenti Novi Verſiones Syriaca illa Simplex, quæ ܦܫܝܛܐ *Peſhito* nuncupatur, ſit proculdubio antiquiſſima, præſtantiam ejus uſumque omnes quidem agnoſcunt, qui ſunt in Bibliorum Textibus vel mediocriter verſati: quod ejuſdem exemplaria vulgata neque inter ſe conveniant, neque ſint ad fidem optimorum Codicum MSS. exarata, cum tamen ad Criticen ſacram magni referat ut ſint emendatiſſima, id vero arbitror neminem latere poſſe qui in harum rerum ſtudiis diu ac diligenter fuerit exercitatus.

Verſio hæc primum typis mandata eſt a viro doctiſſimo Widmanſtadio; qui A. D. 1555 eam edidit Viennæ, charactere ſane eleganti, et ſplendido ſatis apparatu.

Ego autem de hoc opere jam non verba faciam, cum adſit Adlerus, teſtis profecto locuples, et magis idoneus. Ejus autem verba hæc ſunt: " Ex quo fonte hauſerit Widmanſtadius Syriacum con-
" textum, e pluribus codicibus an ex unico, veteri an recenti, in-
" certum eſt, niſi ex illis, de quibus dixi, veſtigiis aliqua indagari

" queant. Adſervatur quidem Viennæ in Bibliotheca Cæſarea ex-
" emplum authenticum, e quo deſcripta fuit hæc Editio, (Codex
" Lambecii 258,) ſed recens eſt, a Moſe, Syro, patriarchatu An-
" tiocheno, patria Meredinenſi exaratum, quo tempore Editionem
" meditaretur."

Idem porro Adlerus, exacta demum collatione veteris MS. Syriaci, hæc habet: " Optandum eſſet ut tum hic, tum alii Verſionis
" Syriacæ codices antiqui diligentius conferrentur, et novus deinde
" accuratiorque ederetur contextus Syriacus."

Celeberrimus item Grieſbachius in critica ſua Evangeliorum Editione fere eadem habet. " Verſionis, inquit, Syriacæ novam editio-
" nem, ad antiquiſſimos et optimos codices ab artis criticæ perito
" diligenter conformatam, deſideramus[a]."

Quin et Cl. Michaelis ille in literis quidem Syriacis, ut cætera taceam, præter omnes ævi ſui doctus, cum eſſet in eadem opinione, rem ipſam paulo fuſius tractavit, hiſce fere verbis. " Habemus, fa-
" teor, Teſtamentum Novum jam ſæpius editum Syriace; at Verſionis
" illius, cum tantum habeat momentum in literis ſacris, etiamnum
" deſideramus Editionem, quæ ſit ex optimis MStis diligentiſſime
" accuratiſſimeque deſcripta. Ipſe, in *Curis ad Act. Apoſt.* notavi
" errata plurima iſtarum, quæ nunc ſunt in manibus, Editionum:
" nec dubito, quin, data ſedulo opera, confici poterit Editio, cæteris
" longe præſtantior, et omnibus numeris tantum non abſoluta. Hoc
" certe de nobis meruit divini Fœderis Verſio omnium antiquiſ-

[a] Præf. p. xlvi.

" ſima: nec facile quis ſe exercuerit in opere, quod magis ad Literas " ſacras intelligendas conferre poſſit[a]."

His igitur de cauſis, et hiſce doctiſſimorum hominum ſententiis confirmatus, ego, ut (quod ſemper in corde habui) divinarum rerum ſtudiis, pro meo modulo, exercerer; paucis abhinc annis, dum per aliquot menſes Oxonii agerem, memet ad hoc opus accinxi: et, ſumpta Verſionis Syriacæ Editione noviſſima quam Schaafius edidit, illam cum MSS. antiquis duobus, in Bibl. Bodleiana aſſervatis, item cum Bar-Hebræi in Textum Syriacum commentario, diligenter per Evangelia contuli. Codices porro MSti, quos conferendos ſelegi, deſignantur hoc modo, DAWK. iii, xxvii. Eſt autem prior ſpecie vetuſta inſignis, et quidem antiquitatis ſummæ notas præ ſe fert. Recenſetur is in Catalogo Uriano:—" *Dawk.* iii. Codex membra- " naceus, utrinque præ vetuſtate mutilus, charactere eſtranghelo ex- " aratus, foliis, duplici columna digeſtis, 178 conſtans. Complectitur " SACRO-SANCTA QUATUOR EVANGELIA, diſtributa in Lectio- " nes, quibus Jacobitæ per anni circulum in Eccleſiis uti ſolent. " Confecta ad calcem ſingulorum foliorum eſt Harmonia Evangelica, " poſitis primum Evangeliſtæ, cujus ibi Evangelium legitur, verſi- " culis, deinde indicatis aliorum Evangeliſtarum, in quibus cum illis " concordant, locis. Tralatio eſt Philoxeniana, a Thoma Heracleenſi " recenſita. Initium fit MATTH. viii. 34: finis JOAN. xxi. 12."

Neſcio quo tandem fato evenit, ſed errat profecto vir doctiſſimus,

[a] Conf. Marſh's Tranſlation of Michaelis's Introduction to the New Teſt. chap. vii. ſect. 2.

et linguarum orientalium peritiſſimus, qui hanc tralationem ait eſſe "Philoxenianam, a Thoma Heracleenſi recenſitam." Certo enim certius eſt MStum hunc non Tralationis Philoxenianæ, ſed Verſionis illius longe antiquioris, vulgo dictæ *Simplicis*, partem continere. Ætatem hujus MSti attingere ſæculum ſextum, vel certe ſeptimum, perſuaſum habeo: quod recte an ſecus mihi perſuaſerim is facillime dignoſcet, qui modo ſpecimen Codicis Vaticani xii. cum Specimine Bodleiani noſtri contulerit.

Codicem Vaticanum xii. doctiſſimus Adlerus, ſatis firmis inductus rationibus, anno Domini 548[a] attribuit; et quoniam character et ſpecies ejus noſtrique Codicis habent maximam inter ſe ſimilitudinem, ætas profecto alterius haud multum ab altero diſtabat.

Antiquum hoc Chriſtianarum Literarum monumentum Bibliotheca Bodleiana acceptum retulit Henrico Dawkins, Armigero. Is erat ex numero eorum qui quinquaginta ferme abhinc annis iter in Orientis partes inſtituerunt, et amplos inde peregrinationis literatæ fructus domum reportaverunt, accuratam ſcilicet graphicamque Palmyræ et Hierapoleos reliquiarum delineationem ac notitiam.

Inter ejuſdem Viri *κειμήλια* reperitur et alter MS. Syriacus, N°. XXVII. quem conferendum ſuſcepi, partem Evangeliorum ex Verſione Simplici continens, antiquitate, quantum mihi conjicere licuit, ſatis commendabilis. Hunc vero Codicem in Catalogum ſuum his verbis retulit Cl. Uri: "*Dawk.* xxvii. Codex membranaceus mag-

[a] Vide quæ ad calcem hujus Præfationis viſum eſt ſubjicere ex Adlero de hoc MS. ſubtiliter et erudite differente, in *Nov. Teſtam. Verſſ. Syr.* p. 3—19.

" nam præ ſe ferens antiquitatem, folia 131 implens. Continet " QUATUOR EVANGELIA, literis Neſtorianis, iiſque elegantiſſimis " exarata, titulis lectionum, et capitum argumentis, carentia. Ini- " tium fit MATTH. viii. 16."

Amborum horum MStorum, ac Codicis Vaticani xii. ſpecimina, Tabulæ quæ ſubjiciuntur, æri inciſæ, exhibebunt.

Bar-Hebræi opus, præter Commentarium ἐξηγητικὸν, animadverſiones philologicas exhibet quamplurimas in Textum Syriacum, et in variantes ejuſdem Lectiones. Operis hujuſce codex manuſcriptus, quem per Evangelia quatuor conferendum curavi, in Catalogo Librorum MSS. Bodleianorum ita deſcribitur.

" LIBRORUM SACRORUM INTERPRETES IN FOLIO.

" XXV.

" Codex bombycinus, mole inſana, pulcherrime, ſine anni men- " tione, exaratus, foliis, quadruplici columna diſtinctis, 318 conſtans, " ubi continetur :

" I. GREGORII BAR-HEBRÆI, Orientis Maphriani, in Sacram " Scripturam Commentarii, nimirum in Pentateuchum, Joſuam, " Judices, Samuelem, Pſalmos, Reges, Proverbia, Eccleſiaſticum, " Eccleſiaſtem, Cantica Canticorum, Sapientiam, Jobum, Iſaiam, " duodecim Prophetas, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, quatuor " Evangelia, Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Jacobi, Petri, Joannis, " Pauli, titulo : HORREUM MYSTERIORUM. Opus folia 74 " efficit."

Proferri etiam digna ſunt quæ de hoc Opere Bar-Hebræi habet

Aſſemanus in *Bibliotheca Orientali Clementino-Vaticana*, Tom. ii. p. 277. " ܐܘܨܪ ܪܙܐ *Horreum Myſteriorum*; Arabice كنز الاسرار " *Theſaurus Myſteriorum* inſcribitur, ſub quo titulo citatur ab Hot- " tingero in Biblioth. Orientali, et a Renaudotio Tom. ii. p. 471. " qui teſtatur hoc opus exſtare *in Biblioth. Medicea, Arabice, Cha-* " *ractere Syriaco.* Syriace vero ex apographo ad Auctoris autogra- " phum collato eleganter deſcriptum habetur in Bibliotheca Col- " legii Maronitarum de Urbe, conſtatque foliis 233. cui ad calcem " hæc adnotatio appoſita eſt, fol. 233 a tergo. ܫܠܡ ܠܟ ... ܐܘܨܪ ܪܙܐ " ... *Explicit Epiſtola* " *ad Hebræos, cum qua et abſolutus eſt Liber* HORREI MYSTERIO- " RUM *ſcriptus manu ipſius Auctoris τῦ μακαρίτου Bar-Hebræi, quem* " *inchoavit medio menſe Canun priore* (Decembri) *anno Græcorum* " 1589, (Chriſti 1277.) *feria quarta exeunte; abſolvit vero die tertia* " *Menſis Ab* (Auguſti) nimirum ſeptem menſibus et undeviginti " diebus."

Jam vero quantos in uſus proferri poſſint hi Codices Sacrorum Evangeliorum ſatis, credo, apparebit e Collatione ſubjecta; ubi hodiernus Textus Syriacus toties eorum ope corrigitur.

Nec minus in eodem opere adjuvabit Bar-Hebræi Commentarius; præcipue vero in dictionum interpunctionibus, et textu diſtinguendo. Sed animadvertendum eſt de hoc Auctore, quod eſt, ut ita dicam,

præciſus, et petentem ejus auxilium aliquando deſtituit: quandoquidem ille non Commentario perpetuo Scripturas Sacras proſecutus eſt, ſed earum quas difficiliores judicabat partes, et certa tantum loca adnotavit.

Ex his quæ jam dicta ſunt manifeſtum, opinor, erit, neque editum eſſe Textum Syriacum ad hoc uſque tempus ea quæ par eſt cura, neque tamen materiam aptam deeſſe ad illum, uti decet, emendandum: quod quibus fieri poſſit modis, nunc breviter demonſtrabo, exemplis quibuſdam ad fidem faciendam allatis.

Textus igitur Syriacus emendari poteſt,

I. Supplendo ex MSS. et Commentario Bar-Hebræi illa quæ deficiunt; ut Matth. Cap. v. 17. Textus habet, ܠܐ ܐܬܝܬ ܠܐ ܕܐܫܪܝ ܐܠܐ *non ut deſtruam, ſed ut compleam:* Bar-Hebræus autem, ܠܐ ܐܬܝܬ ܠܐ ܕܐܫܪܝ ܐܠܐ ܕܐܫܠܡ *non* veni *ut deſtruam, ſed ut compleam,* quod etiam habent Codices MSti Græci omnes.

Ibid. ver. 42. in Textu legitur, ܘܡܢ ܕܒܥܐ ܠܡܫܩܠ *et qui mutuum petet*; in Bar-Hebræo, ſicut in omnibus exemplaribus Græcis, ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܠܡܫܩܠ *et qui* vult *mutuari.*

Cap. x. 13. ܐܢ ܠܐ ܗܘܬ ܝܗ *ſi non fuerit digna*; Dawk. iii. et xxvii. inſerunt ܐܒܠ *autem:* ܐܢ ܠܐ ܗܘܬ ܐܒܠ ܝܗ *ſi* autem *non fuerit digna*; iterumque ver. 23. ubi Textus habet, ܕܐܢܢ ܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ *quum perſequuntur vos,* MSS. Dawk. ܕܐܒܠ ܐܢܢ ܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ *quum perſequuntur vos* autem; atque ita legunt etiam Græca exemplaria omnia.

Cap. xvii. 24 in Textu legitur, ܕܪܟܡܝܢ ܬܪܝܢ *binas drachmas*; at

ſecundum linguæ Syriacæ proprietatem ܠܐܢ deſiderari videtur; et ita legitur, voce ܠܐܢ iterata, cum in utroque MS. Dawk. tum in Commentario Bar-Hebræi. ܠܐܢ *geminatum*, ait in Lexico ſuo Schaafius, *ſignificat numerale diſtributivum*, "*bini.*" Videſis etiam De Dieu Gram. p. 131.

Cap. xviii. 19. Textus habet, ܟܠ ܕܒܪ *omni re*, præpoſitione omiſſa, quam ſupplent et MSS. Dawk. et Bar-Hebræus, legentes, cum Græcis omnibus, ܟܠ ܕܒܪ de *omni re*.

Ibid ver. 33. in Textu eſt, ܠܐ ܠܘܬ ܟܘܬܟ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܚܢܝܬܟ ܥܒܕܐ ܕܝܠܟ. *nonne oportuiſſet ut gratioſus eſſes conſervo tuo, quemadmodum ego gratioſus fui tibi?* ſed Dawk. iii. et Bar-Hebræus poſt ܟܘܬ inſerunt ܐܦ ܐܢܬ *etiam tu*, quæ verba, cum Græcis καὶ σὺ reſpondeant, neceſſaria ad Textum reſtituendum videntur. Punctum vero (.) poſt ܕܝܠܟ tollitur, et ſuo loco ponitur poſt ܥܒܕܐ *conſervo tuo*.

Cap. xx. 16. pro eo quod in Textu eſt, ܣܓܝܐ ܐܢܘܢ ܩܪܝܢ *multi ſunt vocati*, Dawk. iii. xxvii. cum Græco legunt, ܣܓܝܐ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܩܪܝܢ *multi* enim *ſunt vocati*.

Cap. xxi. 41. Textus habet, ܘܢܬܠ ܠܟܪܢܐ ܠܐܚܪܢ *et vineam locabit aliis*; ubi Schaafius in Verſione ſua addidit *cultoribus*, quod ille quidem ſine auctoritate fecit; ſed MSS. Dawk. habent, ܠܥܒܕܝܗ *cultoribus*, quod ſane Græco γεωργοῖς reſpondet.

Cap. xxiv. 27. in Textu legitur, ܕܢܦܩ ܒܪܩܐ ܘܢܚܐ *ſicut fulgur exiit*; at Dawk. iii. xxvii. cum omnibus exemplaribus Græcis, ܘܢܚܐ ܓܝܪ ܕܢܦܩ ܒܪܩܐ *ſicut* enim *fulgur exiit*.

Cap. xxv. 7. pro ܒܬܘܠܬܐ *virgines*, ut extat in Textu, Dawk. iii. xxvii. cum Græcis, legunt, ܗܠܝܢ ܒܬܘܠܬܐ *virgines illæ*.

II. Textus emendari poteſt, omittendo quodcunque ſupervacaneum eſt, nec ulla MSS. auctoritate defenditur. Hujuſmodi ſunt quæ ſequuntur,

Matth. cap. x. 8. ܐܝܬ ܡܝܬܐ *mortuos ſuſcitate*. Hæc verba non habet Editio Viennenſis, nec Schaafius, ea cum inſeruiſſet, dixit quo jure id fecerit. Omittuntur ab utroque MS. Dawk. et a pleriſque exemplaribus Græcis.

Cap. xiv. 22. ܕܗܘ ܒܥܐ ܠܗ ܕܫܕܪ ܠܟܘܪܣܝ *dum* ipſe *dimitteret turbas*; Dawk. iii. xxvii. non agnoſcunt, ܗܘ *ipſe*, quibus etiam convenit Textus Græcus.

Cap. xv. 33. ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܝܬ ܠܢ ܒܡܕܒܪܐ ܠܣܦܩ ܠܟܠ ܗܢܐ *unde* eſſent *nobis in deſerto panes?* Verbum ܐܝܬ *eſſent*, nec in Dawk. iii. xxvii. nec in Bar-Hebræo, nec in Græco locum habet.

Cap. xviii. 29. ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܠܟ ܐܫܠܡ ܠܟ *et* omnia *ſolvam tibi* Dawk. iii. xxvii. ſicut et pleraque exemplaria Græca, omittunt ܟܠ ܡܕܡ.

Cap. xxvii. 35. Verſiculi hujuſce pars poſterior, illa quidem quæ Italicis, ut vocantur, typis impreſſa eſt, nec in Dawk. iii. xxvii. nec in Editt. Vien. Regia &c, invenitur. Bar-Hebræus autem memorat, hæc eadem a tribus MSS. Græcis antiquis abeſſe.

Ibid. ver. 42. Textus habet, ܢܚܙܐ *ut videamus*; verbum a

Dawk. iii. omiſſum, " nec certe," ut ait Schaafius, (Var. Lect.) " ſimile quid habent Græci aut Latini Codices."

III. Poteſt emendari Textus, immutando, ſi quæ verba minus apta viſa ſint, id modo ſine auctoritate juſta ne fiat.

Matth. ix. 30. In Textu ſunt hæc; ܘܐܬܪ̈ܥܡ ܝܫܘܥ ܘܐܬܚܪ̈ܡ *et inhibuit eos Jeſus.* Obſervatum eſt a Schaafio (Var. Lect.) in Editionibus quibuſdam legi ܐܬܚܪ̈ܡ, ſed in Vienn. &c, ܐܬܚܪ̈ܡ, quod verbum etiam legitur in Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræo: ſic etiam in locis ſimilibus occurrit ܚܪ̈ܡ, non autem ܐܬܚܪ̈ܡ. Vide cap. xii. 16. cap. xvii. 18. cap. xix. 13. et hæc lectio videtur eſſe verior.

Cap. x. 27. ܐܡܪ̈ܘ ܒܢܗܪ̈ܐ ܕܐܢܬܘܢ ܐܡܪ̈ܝܢ *dicite vos in luminibus:* Dawk. xxvii. et Bar-Hebræus legunt, ܒܢܗܪ̈ܐ, in ſingulari numero; quod Gr. φωτὶ melius exprimit.

Cap. xi. 10. ܕܢܫܕܪ̈ ܐܘܪ̈ܚܬܟ ܩܕܡܟ *qui diriget viam:* at Dawk. iii. ܐܘܪ̈ܚܬܟ *viam tuam*; quemadmodum et Græci.

Cap. xii. 11. ܒܝܬ ܓܘܒܐ *foveam:* Editiones univerſæ, præter Polyglott. Anglic. et Edit. Schaafianam, habent, ܒܝܬ ܓܘܒܐ, Gutbirius, ܒܝܬ ܓܘܒܐ, at Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræus, cum Editionibus pleriſque, ܒܝܬ ܓܘܒܐ. Cur Schaafius in Textum induxerit verbum novum, haud facile dixerim.

Cap. xvii. 27. ܘܗܒ ܠܗܘܢ *et offer:* Dawk. uterque cum Bar-Hebræo habent, ܘܗܒ *et da*, ut eſt quoque in Græcis.

IV. Emendari poteſt Textus, diſtinguendo: id vero fit primum applicatione vocalium, deinde, verborum interpunctionibus. Hic la-

tiſſime patet emendationis campus, in quo, quantum attinet ad vocalium applicationem, Bar-Hebræum potiſſimum ſequendum eſſe cenſeo; quoniam is, omnium conſenſu, principatum tenuit in literis Syriacis.

Matth. cap. iii. 3. ܐܬܐܡܪ: Bar-Hebræus legit, ܐܬܐܡܪ hoc eſt, cum vocali Pethoco ſuper ܡ.

Cap. v. 20. ܠܐ: Schaafius in Lexico ſuo obſervat verbum hic poni *abſque* ܢ *paragogico*, in fœminino: at Bar-Hebræus legit, ܠܐܢ, ſicut legi oportet.

Cap. vii. 26. ܕܠܐ ܒܢܐ Bar-Hebræus legit cum ܐ quieſcente, ܕܠܐ ܒܢܐ, id eſt, ܕܠܐ ܒܢܐ, in Ethpeel; non in Ethpaal.

Cap. ix. 16. ܚܕܬܐ Bar-Hebræus legendum monet, ܚܕܬܐ, cum Zequopho ſuper ܕ, ܚܕܬܐ: et ibid. ver. 17. pro ܚܕ̈ܬ̈ܐ, legit, ܚܕ̈ܬ̈ܐ.

Ibid. ver. 36. ܒܝܬܗ. "Ita legunt Neſtoriani, inquit Bar-He-"braeus, ſed ego prætulerim ܒܝܬܗ cum Revotſo, non autem Pethoco, "ſuper ܝ."

Cap. xi. 23. ܠܐܣܝ Bar-Hebræus legit, ܠܐܣܝ, et ita legendum eſſe hoc verbum ait De Dieu, Gram. p. 245.

Cap. xii. 11. ܢܥܒܕ Bar-Hebræus legit, ܢܥܒܕ, in futuro.

Ibid. ver. 32. ܢܥܒܕ Bar-Hebræus aliter habet, nempe ܢܥܒܕ, in Ethpaal.

Cap. xiii. 47. ܚܢܦܐ. Bar-Hebræus, poſita Revotſo ſuper ܕ, legit, ܚܢܦܐ.

Cap. xxvii. 27. ܒܨܥܗ. Dawk. xxvii. et Bar-Hebræus habent vocalem Pethoco ſuper ܨ et ܥ, et legunt ܒܨܥܗ; quod idem Bar-Hebræus contendit eſſe rectum.

Jam vero ad verborum interpunctiones, et ſententias recte diſtinguendas, multum adjuvabit MS. *Dawk.* xxvii.

Matth. viii. 16. Punctum (.) poſt ܟܠܗ; jure ponitur; omitti autem debet poſt ܕܝܥܝܢ, *dæmonia*, ſecundum *Dawk.* xxvii.

Cap. x. 41. Punctum (.) ponitur in *Dawk.* xxvii. poſt ܕܫܡܐ, verſiculo in medio, quod maxime neceſſarium eſt.

Cap. xii. 6. ſupervacaneum eſt illud (.) poſt ܗܝܟܠܐ *Templum*; nec in MS. invenitur. Ibid. ver. 13. MS. *Dawk.* xxvii. poſt ܐܝܕܟ *manum tuam*, punctum (.) recte inſerit. Ibid. ver. 31. poſt ܠܟܘܢ *vobis*, a MS. xxvii. inſeritur interpunctio (·) quæ valde antehac deſiderabatur. Item ver. 33. punctum (.) poſt ܛܒܐ *bonos* ponitur, tollitur autem poſt ܒܝܫܐ; ſenſu id flagitante in loco utroque.

Cap. xiii. 8. punctum (.) poſt dictionem ܦܪܝ *fructus* in MS. locum jure optimo tenet. Ibid. ver. 15. poſt ܗܢܐ *hic*, deſideratur interpunctio, quam ſupplet idem MS: item ver. 17. additur (.) in eodem MS. poſt ܠܐ ܚܙܘ *non viderunt*; id vero rectiſſime.

Cap. xv. 7. inducitur (.) punctum poſt ܠܝ *me* ab eodem MS. xxvii. omittitur autem ver. 28. poſt ܡܐܡܝܢ, ubi fuiſſet ſupervacaneum.

V. Emendari denique Textus poteſt, corrigendo errata Typographica Editionis Schaafienſis, quæ profecto multa ſunt: neque

interim prætereunda erunt, ſi quæ minus recte ſe habent in Verſione ſua: ut in Matth. cap. iii. 3. nomen ſingulare ܣܕܪܐ redditur pluraliter, *pilorum:* in cap. x. 14. hæc verba, ܡܢ ܒܝܬܐ *e domo,* in verſione omittuntur: cap. xii. 50. pro *autem* ponitur *enim:* nam ܓܝ in Syriaco legitur.

Animadvertet, credo, Lector, hæc omnia, quæ nunc attuli, rerum corrigendarum exempla, ex uno tantum, Matthæi nimirum Evangelio deſumpta eſſe; quorum adeo numerum, ſi libuiſſet, in promptu erat adaugere: ſed hæc ſatis eſſe exiſtimo ad illud, quod inſtitui, probandum de Textu Syriaco.

Jam vero, quoniam ad Editionem novam apprime conferet MSS. veterum accurata Collatio, neque enim, ſine illorum ope omnino corrigi poterit, Ipſe, ſi modo quod in hoc opuſculo feci, probatum fuerit, et viri docti et liberales ita velint, præſto ſum ad Collationem eandem per libros veteris et Novi Teſtamenti reliquos conficiendam.

DESCRIPTIO CODICIS SYR. VATICANI XII.

AUCTORE ADLERO.

Codex Evangeliorum Syriacus, Vaticanus XII. *anni* DXLVIII.

ANTIQUISSIMUS verſionis Syriacæ codex, quatuor Evangelia continens, Dioſcoridi Viennenſi, Virgilio Romano vel Florentino æquiparandus, ſervatur Romæ in Bibliotheca Vaticana, inter codices Syriacos Vaticanos duodecimus, Aſſemano[a] Nitrienſis primus. Deſcribitur in Bibliothecæ Apoſtolicæ Vaticanæ Catalogo, a Stephano Evodio Aſſemano edito, Part. I. tom. ii. pag. 27 ſeqq.[b]

Forma codicis eſt quarta, quæ dicitur, ſed majoris moduli, quam ob rem ab Aſſemano folii integri eſſe putatur. Litteræ Syriacæ ar-

[a] *Joſephi Simonii Aſſemani* biblioth. oriental. tom. i. pag. 561. ſ.

[b] Bibliothecæ Apoſtolicæ Vaticanæ codicum manuſcriptorum catalogus, in duas partes diſtributus, in quarum prima Orientales, in altera Græci, in tertia Latini, Italici, aliorumque Europæorum idiomatum codices *Stephi. Evod. Aſſemanus* et *Joſeph. Simon. Aſſemanus* recenſuerunt. Prodiit pars i. in tres tomos diviſa Romæ 1756. 1758. 1759 fol. Exempla fere omnia incendio deleta ſunt, quamobrem neque reliquæ partes eduntur. Rariſſimi libri exemplum conſervat bibliotheca Univerſitatis Hafnienſis.

tiquæ, vulgo ܐܣܛܪܢܓܝܠܐ *Eſtrangelo*[a]; duæ columnæ in ſingulis paginis; membrana fortis. In oris codicis multa aqua ſunt deleta, interdum ad dimidiam uſque paginam; codex enim cum ceteris Nitrienſibus menſe Julio anni MDCCVII Nilo ſubmerſus humore adeo fuit infectus, ut de admiranda litterarum venuſtate veſtigia tantum appareant. Quodlibet Evangelium in parva capita vel pericopas dividitur, quarum Matthæus habet 426, Marcus 290, Lucas 432, Joannes 271: ſingulæ nova linea incipiunt. Tituli Evangeliorum duobus verbis continentur, e. c. ܐܘܢܓܝܠܝܘܢ ܕܡܬܝ *Evangelium Matthæi*; in hypographis autem more ſolito refertur, Matthæi Evangelium Hebraice ſcriptum eſſe in Palæſtina, Marci Latine Romæ, Lucæ Græce Alexandriæ, et Joannis eadem lingua Epheſi.

Variæ codicis epigraphæ laudantur ab Aſſemano, ſed cum ætas et hiſtoria codicis ex illis intelligatur, præcipuas hic repetemus. Specimina earum ære inciſa exhibet tabula noſtra I. quibus ſpecimen contextus, diverſum ab eo, quod Blanchinus dedit in Evangeliario quadruplici tom. i. p. 541. 542. præmiſimus. In fine Evangelii Joannei primum hæc verba leguntur, iiſdem characteribus, quibus contextus, ſed minio exarata, in ima pagina: ܫܠܡ ܟܬܒܐ

[a] Volunt, ita nominatas fuiſſe a Græco στρογγύλος *rotundus*. Sed cum minime rotunda ſit hæc litterarum forma, nomen potius Arabicæ originis eſſe arbitror, quod Syri primum carſchunice (h. e. Arabice litteris Syriacis) ſcribentes uſurpabant, deinde civitate donabant, ortum e سطر *ſatar*, ſcriptura, et انجيل *angil*, Evangelium, ut ſit *ſcriptura Evangelii*, h. e. ſcriptura majuſcula, qua in ſcribendis Evangelii exemplis utebantur, oppoſita minuſculis et volubilioribus litteris, quæ eodem tempore in vulgo uſitata erat.

ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܟܪܙܘ ܘܐܫܕܪܘ ܘܐܬܪܫܡܘ ܐܪܒܥܐ ܫܠܝܚܐ ܕܐܢܓܠܝܘܢ ܐܪܒܥܐ ܕܐܬܪܫܡܘ ܘܐܫܕܪܘ ܘܐܬܪܫܡܘ ∴ ܐܬܡ ܣܦܪܐ h. e. " explicit hic codex quatuor ſanctorum Evan-
" geliorum, quæ prædicarunt, annunciarunt et illuſtrarunt quatuor
" Evangeliſtæ, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes." Quæ in facie ſequentis paginæ hoc modo continuantur : ܫܒܚܐ ܠܐܒ ܘܠܒܪ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܘܒܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ h. e.
" gloria ſit Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et in ſeculum ſecu-
" lorum, Amen." Reliqua, quæ Aſſemanus præcedentibus temere junxit, disjungenda ſunt.

Sequitur enim, ſpatio interjecto, prima epigraphe, litteris minoribus, et volubiliori manu, atramento exarata, h. m. ܫܢ ܬܫܥ ܒܝܪܚ ܬܡܘܙ ܥܠ ܦܘܠܛܢܘܣ ܒܐܬܪ ܕܡܣܦܘܛܡܝܐ ܕܥܒܕ ܣܦܪܐ ܗܢܐ ܒܡܕܝܢܬ ܐܘܪܗܝ ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܫܥ ܠܦܪܘܫܬܗ ܕܡܪ ܫܡܥܘܢ ܕܒܪ ܐܬܘ ܕܐܬܪ ܩܕܝܫ ܡܪ ܣܪܓܝ ܪܒ ܕܝܪܐ ܕܬܐܘܕܘܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪ ܩܕܝܫ ܬܐܘܡܐ ܕܟܪ ܒܫܠܡܐ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ (Aſſem. ܐܕܝ) ܐܡܝܢ ܣܠܐ rel. h. e. " abſolutus eſt liber menſe Thamuz (Julio) anno (Græco-
" rum) DCCCLIX (Chriſti DXLVIII) in urbe Meſopotamiæ Edeſſa.
" Exaravit autem hunc codicem ſuis ſumtibus et gratia Dei, quæ ipſi
" adfuit, Frater Mar Euſebius Aramæus (Adamæus Aſſem.) pro
" ſancto cœnobio Thomæ diebus cœnobiarchæ Sergii rel."

Hanc epigraphen alia excipit, litteris recentioribus alia manu exarata, his verbis : ܫܢ ܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠ ܥܡܗ ܕܒܝܬ ܩܕܫ ܒܫܠܡ ܐܡܝܢ ܒܫܠܡ ܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠ ܥܡܗ ܕܒܝܬ ܩܕܫ ܐܡܝܢ

(rel. apud Aſſem.) h. e. " In nomine Domini, Dei et Servatoris " noſtri Jeſu Chriſti, anno tranſitorio (æræ Seleucid.) MXXIX (vel " Chriſti DCCXVIII) menſe Ab (Auguſto) ex voluntate Dei venit " ad viſitandum tertia vice hoc caſtrum, ad Euphratem ſitum[a], cum " reliquis caſtris, beatiſſimus et a Deo honoratus pater noſter ſpiri- " tualis Patriarcha Mar Elias ex cœnobio Dei Guba Baraja[b], qui " conſui, compingi, atque coaptari juſſit hunc quatuor Evange- " liorum ſacrorum codicem per preſbyterum Bar-chadbeſchabam " (ص: سبحدحا) Syncellum beatiſſimi ejuſdem domini et patris " noſtri univerſalis, Patriarchæ Mar Eliæ, cujus precibus omnium- " que ſanctorum patrum ipſi ſimilium Deus nobis opem ferat, et " caſtro ejuſque habitatoribus ac terræ, omnibuſque ejus incolis " faveat, auferatque flagella iræ ob preces Deiparæ Mariæ, in ſecula. " Amen. Peccator autem, qui hoc monumentum poſuit, miſeri- " cordiam conſequatur in die Judicii precibus totius eccleſiæ. " Amen. Amen."

Tertia epigraphe, eadem fere litterarum forma, quam præcedens exarata, in pagina ſequenti reperitur, hujus argumenti: Anno tranſitorio Græcoruum MXXXIX (Chr. DCCXXVIII) iterum compactum fuiſſe hunc codicem per preſbyterum Bar-chadbeſchabam et preſbyterum Sergunam, diebus beatiſſ. Patriarchæ Mar Athanaſii,

[a] Forte Caſtrum *Urima*, de quo in epigraphe codicis ſequentis, Nitrienſis II.

[b] *Guba Baraja* caſtrum et cœnobium eſt in Meſopotamia, ad Euphratis ripam ſitum: *Aſſemani* Bibl. Orient. tom. ii. p. 74. Ibi Maphriani Jacobitarum ſepeliri ſolebant. Ibid. p. 385. Synodus ibi convocata fuit Seculo vi. propter Probi et Joannis Abatis apoſtaſiam. Ibid. p. 74.

ex eodem cœnobio Guba Baraja, Eliæ illius diſcipuli et ſucceſſoris.

Quarta denique, iterum litterarum forma diverſa, refert, librum denuo compactum fuiſſe anno Græcorum MCCCXCII (Chr. MLXXXI) in deſerto Scetenſi in ſacro monaſterio Deiparæ Syrorum[a], diebus Mar Gabrielis, Abbatis ejuſdem monaſterii, opera Fratris Gabrielis de Baxaruma (حاصعازوصل), compingente librum Denha, de monte Edeſſæ oriundo.

Animadvertendum, has epigraphas cum hiſtoria illorum temporum optime conſentire, ideoque veritatis veſtigia non ſuſpecta habere. Templum enim S. Thomæ Edeſſenum, cui codex primum dicatus fuit, jam ab anno DCCV æræ Seleucidarum, quo corpus Apoſtoli Thomæ eo transferebatur, celebre fuiſſe intelligitur e chronico Edeſſeno[b]. Eliam, patriarcham Jacobitarum, cujus meminit ſecunda epigraphe anni Chr. 718, eo tempore ſedem Antiochenam obtinuiſſe ab Aſſemano[c] et Renaudotio[d] diſcimus. In cujus locum teſte eodem Aſſemano[e] ſubrogatus fuit Athanaſius, quem tertia laudat epigraphe.

[a] De cœnobio S. Mariæ Syrorum in deſerto Scetenſi *Aſſem.* Bibl. Orient. tom. i. p. 41. 305.

[b] *Aſſemani* Bibl. Orient. tom. i. p. 399.

[c] *Aſſemani* Bibl. Orient. tom. ii. p. 95 ſeq. p. 337.

[d] *Renaudotii* hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum. Pariſ. 1713. 4to. p. 196.

[e] *Aſſemani* l. c. tom. ii. p. 338.

Specimen Codicis Syr. Bodleiani, Dauk. 3.

Johan. V. 18.



Johan. V. 20.



Specimen Cod. Syr. Bodleiani, Dawk: 27.

Johan. V. 18.



Johan. V. 20.



Specimina codicis Syr. Vaticani XII.

Marci XV. 36. 37.



Et Corpore codicis



In fine codicis colore rubro

S. MATTHÆI EVANGELIUM.

CAP. III.

3. ܐܬܦܠܛ *complanate*] Bar-Hebræus legit, ܐܬܦܠܛ ܩ, vocali Pethoco in ܛ.

4. ܒܓܕ̈ܐ ܕܥܓܡܠ̈ܐ ܕܒܥܪ̈ ܠܒܘܫ̈ *veſtimentum pilorum camelorum*] Puncta pluralia ſuper vocem ܕܥܓܡܠ̈ omittuntur in editione Schaafiana. Bar-Hebræus legit cum Græcis, præpoſitione ܡܢ præcedente, ܡܢ ܕܥܓܡܠ̈ ܒܥܪ̈ *e pilis Cameli.*

7. ܕܚ̈ܝܬܐ ܕܚ̈ *progenies viperarum*] Monet Bar-Hebræus vocem ܕܚ̈ legendam, cum punctis pluralibus, ܕܚ̈, aſſentientibus Græcis.

12. ܕܓܪ̈ܢܗ̇ *areas ſuas*] Bar-Hebræus legit, ſingulari numero, ܕܓܪ̈ܢܗ̇ *aream ſuam.*

CAP. V.

13. ܡܫܟ *valet*] Bar-Hebræus legit, ܠܐ ܡܫܟ, quieſcente ܟ.

17. ܠܐ ܬܣܒܪ̈ܘ *ne exiſtimetis*] Sic monet legendum Bar-Hebræus, vocali Pethoco in ܒ, ex conjugatione *Aphel*; Neſtorianos vero male legere, ܠܡܣܒܪ̈ܘ, ex conjugatione *Peal*.

17. ܠ ܠܡܬܫ ܐ *non ut deſtruam*] Bar-Hebræus legit, cum omnibus Græcis, *Non veni ut deſtruam.*

20. ܣܓܝ *abundaverit*] Bar-Hebræus adjicit ܬ fœmininum, ܣܓܝܬ.

22. ܪܩܐ *Raca*] Bar-Hebræus pro ܕ habet ܛ.

42. ܘܠܕܨܒ ܠܗ ... *et qui mutuabitur*] Bar-Hebræus, cum omnibus Græcis, *et qui vult mutuari.*

CAP. VI.

34. ܝܘܡܗ ܒܝܫܗ *diei malum ejus*] Legit Bar-Hebræus, in maſculino genere, ܝܘܡܐ ܒܝܫܐ.

CAP. VIII.

15. ܡܪܥܝܬܐ *febris*] Hic incipit Cod. Dawk. xxvii.

16. ܒܪܡܫܐ *veſpera*] Poſt ܒܪܡܫܐ ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii. et omittitur illud poſt ܕܝܘܗܝ *dæmonia eorum.*

21. ... ܐܡܪ ... ܠܗ *Alius autem ex diſcipulis ejus dixit ei*] Deeſt punctum (.) poſt ... in Dawk. xxvii. et occurrit poſt ܠܗ *ei.*

25. ... ܘܐܩܝܡܘܗܝ *ut excitarent eum*] Dawk. xxvii. habet verbum non in futuro, ſed in præterito, ... ܐܩܝܡܘ *excitaverunt eum.*

27. ܐܢܫ *homines*] Abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii. Vide Gram. Harm. Lud. De Dieu, p. 123.

30. ܥܡܐ *grex*] Tam hic quam in ſequentibus comm. 31. 32. abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii. et Bar-Hebræo; ergo erravit, ni fallor, Ludovicus De Dieu, qui ait ܥܡܐ ſemper duo gerere puncta, notam pluralis numeri. Vide Gram. Harm. p. 122.

34. ܒܝܬ̈ܐ *civitas*] Hic incipit Cod. Dawk. iii.

CAP. IX.

1. ܘܐܬܐ ܘܥܒܪ *et trajecit et venit*] Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræus legunt, ܐܬܐ ܘܥܒܪ *et trajecit, venit*, omiſſa copula ܘ ſecunda.

3. ܐܢܫ̈ *homines*] Abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii.

Ibid. ܐܡܪ̈ *dixerunt*] Dawk. iii. in *benoni*, ܐܡܪ̈ *dicentes*.

4. ܝܕܥ *cognovit*] Dawk. iii. uti ſolet, cum ܐ præfixo, ܐܝܕܥ.

Ibid. ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ *et dixit illis*] Poſt ܠܗܘܢ *illis*, ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii. et omittuntur puncta pluralia ſupra vocem ſequentem ܒ̈ܝܫ̈ *mala*.

5. ܡܐ ܓܝܪ ܣܗܠ ܐܡ̈ *quid enim facilius eſt*] Dawk. iii. ܡܐ ܓܝܪ ܐܡ̈ ܣܗܠ, fœminino genere uſurpato.

Ibid. ܩܘܡ ܘܗܠܟ *aut dicere, Surge*] Dawk. iii. xxvii. omittunt ܐ τῷ ܩܘܡ præfixum.

8. ܒܢ̈ܝ ܐܢܫ̈ *filiis hominum*] Dawk. iii. diviſim, ܒܢܝ ܐܢܫ̈.

13. ܐܙܠ ܘܝܕܥ *diſcite*] Dawk. iii. præfigit ܐ, ܐܙܠ ܘܐܝܕܥ: et pro ܒܥܐ ܐܢܐ *requiro ego* legit, ܨܒܐ ܐܢܐ *volo*; pronomine ܐܢܐ cum verbo ܨܒܐ coaleſcente.

14. ܢܨܘܡ *jejunamus*] Dawk. iii. diviſim, ܢܨܘܡ ܣܓܝ.

15. ܘܒܗܝ ܙܒܢ *et tunc*] Dawk. iii. ܒܗܝ ܙܒܢ *tunc*, omiſſo ܘ *et*.

16. ܠܚܡܐ ܘܠܚܣܐ *aſſumentum*] Dawk. iii. ܠܚܡܐ ܘܠܚܣܐ, tranſpoſito ܘ, et ſic Marc. ii. 21.

Ibid. ܥܬܝܩ *veterem*] Monet Bar-Hebræus, literam ܬ efferen-

dam eſſe vocali Zequopho, ܙ ܩܘܡܦ. i.e. ܚܟܡ—et ſic in com. 17. ſequenti. "Punctati codices," inquit Schaafius in Lex. "pro ܚܟܡ legunt, ܚܟܡ; et pro ܚܟܡ̈, habent, ܚܟܡ̈. Crineſius in ſuo Lexico noſtram punctationem expreſſit."

16. ܢܣܒ *auferat*] Bar-Hebræus adjicit ܐ finale.

17. ܚܟܡ̈] Bar-Hebræus, ut ſupra com. 16. ܚܟܡ̈.

Ibid. ܬܪܝܗܘܢ *et utraque*] Deſunt puncta pluralia in Dawk. xxvii.

18. ܕܡ ܗܢܐ ܡܠܠ ܗܘ ܒ ܕ *quum autem hæc loqueretur*] Abeſt ܗܢܐ *hæc* a Dawk. iii.

19. ܐܙܠ ܒܬܪܗ ܘܐܙܠ *et ſequuti ſunt eum*] Dawk. iii. ܐܙܠ *et ſequutus eſt eum*, ſed perperam, ni fallor.

21. ܒܟܣܘܬܗ *veſtimentum ejus*] Dawk. iii. xxvii. rejiciunt ܒ præfixum, et pro ܐܢܬ ܒ *tetigero*, Dawk. iii. exhibet ܐܢܬ, pronomine coaleſcente.

22. ܐܢܬ ܗܝ ܐܬܬܐ *mulier illa*] Omittitur pronomen ܗܝ *illa* in Dawk. iii. neque vox adhibetur in Græco.

27. ܐܪܚܡ ܠܢ ܡܪܝ *miſerere noſtri*] Dawk. iii. adjicit ܡܪܝ *Domine mi.*

28. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ *dicit illis Jeſus*] Poſt ܝܫܘܥ *Jeſus* ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii.

30. ܐܬܦܬܚܘ *aperti ſunt*] Dawk. xxvii. habet abſque ܐ finali, ܐܬܦܬܚ, ſed mendoſe, ni fallor.

Ibid. ܐܬܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ *et inhibuit eos Jeſus*] Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræus habent ܐܬܪ, non ܐܬܪ: Bar-Hebræus quoque in-

ſerit ܘ poſt verbum ܚܠ. Schaafius monet in Lexico, " hic in Reg. [charact. Syr.] Troſt. et Gutb. Editt. eſſe ܚܠ; in Vienn. autem, Tremel. Reg. [charact. Chald.] Plant. 8vo. & 12mo. Pariſ. min. Hutt. Pariſ. maj. et Angl. Editt. legi ܚ." Verbum ܚ rectius videtur.

31. ܗܢܘ *illi*] Sic Dawk. iii. et Bar-Hebræus, puncto infra, ſed Dawk. xxvii. ܗܢܘ, puncto ſuperne poſito.

33. ܡܢ ܕܐܦ ܠܐ *nunquam*] Dawk. iii. ܠܐ ܐܦ ܡܢ, omiſſo ܕ: et male Schaafius reddidit per *quod*, cui reſpondet ܕ, quaſi eſſet ܕܠܐ pro ܠܐ.

36. ܕܠܐܝܢ *laſſi eſſent*] Monet Bar-Hebræus, Neſtorianos legere, ut in textu, ܕ ܗܘܝ ܒ ܥܝܦ, ſed legendum putat, ܒ ܥܝܦ, vocali Revotſo in ܒ. i. e. ܕܠܐܝܢ.

CAP. X.

2. ܐܢܕܪܝܐܣ ܘ *et Andræas*] Dawk. iii. ܐܢܕܪܝܐܣ ܘ, omiſſo ܘ ante ܣ.

3. ܘܠܒܝ *et Labbæus*] Dawk. xxvii. ܘܠܒܝ, duplici Pethocо.

7. ܕܩܪܒ *quod appropinquaverit*] Dawk. iii. rejicit ܕ præfixum.

8. ܡܝܬܐ ܩܝܡܘ *mortuos ſuſcitate*] Deſunt hæc verba in Dawk. iii. xxvii. qua auctoritate ea inſeruerit Schaafius, neſcio.

9. ܒܣܝܪܟܘܢ *in crumenis veſtris*] Dawk. iii. ܒܟܣܝܟܘܢ.

13. ܠܐ ܗܘ ܕ *Si non fuerit digna*] Dawk. iii. xxvii. ܐܢ ܕ ܠܐ ܗܘ *Si autem non fuerit digna*, inſerto ܐܢ *autem*, omnibus Græcis aſſentientibus.

16. ܒܝܢ *inter*] Dawk. xxvii. vocem legit, punctis pluralibus ſupra poſitis.

17. ܒܢܝ ܐܢܫ *filiis hominum*] Dawk. iii. diviſim, ܒܢܝ ܐܢܫ.

19. ܨܒܝ̈ *fitis ſoliciti*] Bar-Hebræus ܨܒܝ̈ legit, litera ܠ vocali Revotſo notata.

22. ܟܠ ܐܢܫ *omni homine*] Dawk. iii. ſeparatim, ܟܠ ܐܢܫ.

23. ܕܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ *perſequuntur vos*] Poſt ܠܟܘܢ *vos*, ſequitur ܗܝ *autem*, in Dawk. iii. xxvii. omnibus Græcis adſtipulantibus.

Ibid. ܐܡܪ ܐܢܐ *dico*] Dawk. iii. conjunctim, ܐܢܐ ܐܡܪ.

Ibid. ܒܢܝ ܐܣܪܝܠ *Iſrael*] Dawk. iii. ܒܢܝ ܐܣܪܝܠ.

27. ܒܢܘܗܪ̈ *in luminibus*] Deſunt puncta pluralia in Dawk. xxvii.

32. ܟܠ ܐܢܫ *quiſquis*] Dawk. iii. ſejunctim, ܟܠ ܐܢܫ.

Ibid. ܒܢܝ ܐܢܫ *filiis hominum*] Dawk. iii. diviſim, ܒܢܝ ܐܢܫ.

39. ܒܓܝܠܝ *propter me*] Dawk. iii. inſerto ܘ, ܒܓܝܠܘܝ.

41. ܕܡܢ *qui*] Dawk. iii. ܘܕܡܢ *Et qui.*

Ibid. ܢܣܒ *accipit*] Poſt hoc verbum ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii. bene.

CAP. XI.

1. ܠܡܠܦܘܬ ܘܠܡܟܪܙ *ad docendum et prædicandum*] Dawk. iii. inverſo ordine, ܠܡܟܪܙ ܘܠܡܠܦܘܬ *ad prædicandum et docendum.*

3. ܠܡܬܚܙܝ *expectabimus*] Dawk. iii. xxvii. diviſim, ܠܡܬܚܙ ܝ.

9. ܠܐ ܐܠܐ *alioqui*] Dawk. iii. ܠܐ: et Dawk. xxvii. inſerit punctum (.) poſt ܠܐ.

Ibid. ܐܡܪ ܐܢܐ *dico*] Dawk. iii. coaleſcente pronomine, ܐܡܪܝܢܐ.

10. ܗܘ ܕܥܠ ܡܢ ܗܘ *Ipſe enim eſt de quo*] Dawk. iii. pro ܗܘ *ipſe* exhibet ܗܢܐ *hic*. Et Dawk. xxvii. legit ܗܢܐ *hic eſt*, quod melius Græcis reſpondet. Schaafius ſupplevit *eſt*, quum *Italicis* (ut vocant) non illud notaverit.

Ibid. ܐܡܪ ܫܕܪ *mitto*] Dawk. iii. uti ſolet, conjunctim, ܫܕܪܢ.

Ibid. ܠܐܘܪܚܐ *viam*] Dawk. iii. ܠܐܘܪܚܟ *viam tuam*, cum Græcis impreſſis.

11. ܐܡܪ ܐܢܐ *dico*] Dawk. iii. ܐܡܪܝܢܐ.

Ibid. ܒܝܢ ܒܢܝ *inter natos*] Dawk. iii. inſerto ;, ܒܝܢ ܒܢܝ.

17. ܢܘܠܝܠܟ *ululavimus*] Sic Bar-Hebræus apponit vocales, ſed monet Neſtorianos legere, ܢܘܠܝܠܟ, et ita legitur in Dawk. xxvii.

18. ܫܐܕ ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܘ *dæmonium eſt illi*] Dawk. xxvii. habet ܒܗ *in eo*.

19. ܒܥܘܒܕܝܗܘܢ ܕܝܠܗ *ex operibus ſuis*) Deeſt præpoſitio ܕܝ *ex* in Dawk. iii. ſed ſcribæ incuria, ut ſuſpicor.

20. ܒܗܠܝܢ *in quibus*] Dawk xxvii. imponit puncta pluralia.

Ibid. ܗܘܬ *converſæ fuerant*] Dawk. iii. habet ܗܘܬ in ſingulari, ſed male; forſan ſcriba exarare voluit in plurali fœm. ܗܘܝܢ.

22. ܐܡܪ ܐܢܐ *dico*] Dawk. xxvii. conjunctim, ܐܡܪܝܢܐ.

Ibid. ܠܟܝ *vobis*] Dawk. xxvii. imponit puncta pluralia tam hic quam in ſecundo loco.

23. ܐܬܪܡܝܬ *exaltata fuiſti*] Dawk. iii. abjecto ſecundo ܠ, habet ܐܬܪܡܡܬ at procul dubio voluit ſcribere librarius, ܐܬܪܡܝܬ.

Ibid. ܬܬܟܒܝ *deprimeris*] Bar-Hebræus habet in fœm. ܬܬܟܒܝ, et ſic legendum putat Ludovicus De Dieu. Vid. Gram. Harm. p. 245.

25. ܐܝܕܐ ܐܢܐ *confiteor*] Dawk. iii. conjunctim, ܐܘܕܐ.

Ibid. ܐܢܝ *ea*] Bar-Hebræus ܐܢܘ, in maſculino genere.

30. ܓܝܪ ܥܘܠܝ *jugum meum enim*] Omittitur ܓܝܪ *enim* in Dawk. iii.

CAP. XII.

6. ܗܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ *quod major Templo eſt hic*] Abeſt punctum (.) poſt ܐܡܪ a Dawk. xxvii. et ſuperfluum videtur.

7. ܐܢܐ ܨܒܐ *volo*] Dawk. iii. conjunctim, ܨܒܐ.

11. ܘܐܢ ܢܦܠ ܠܗ ܠܐܝܬܐ *et ſi inciderit in foveam*] Bar-Hebræus monet legendum, non ܢܦܠ, in *benoni*, ſed ܢܦܠ, in *futuro*, ܨܒܝ ܠܗ i. e. vocali Revotſo in ܒ et ܗ: et pro ܠܗ legit, ܠܗ, ܕ ܨܡܟ ܬ i. e. vocali Pethoco in ܬ et Zequopho in ܕ: ita legitur in Dawk. iii. xxvii. et idem valet. Schaafius hanc variationem notat in Lexico, ſub voce ܢܦܠ.

12. ܒܪ ܐܢܫܐ *filius hominis*] Dawk. xxvii. conjunctim, ܒܪܐܢܫܐ.

13. ܐܝܕܟ *manum tuam*] In Dawk. xxvii. aptiſſime ſequitur punctum (.)

18. ܚܒܝܒܝ *dilectus meus*] Dawk. iii. præponit ܘ *et*, ܘܚܒܝܒܝ *et dilectus meus*.

25. ܝܕܥ *cognovit*] Dawk. iii. pro more, ܝܕܥ, præfixo ܐ.

28. ܐܢܐ ܒܪܘܚ ܐܠܗܐ ܐܢܐ ܕܐܦܩ ܫܝܛܐ ܐܦ *Et ſi per Spiritum Dei ego ejicio dæmonia*] Dawk. iii. pronomen ܐܢܐ *ego* tranſponit, ſic, ܐܢܐ ܐܦ *Et ſi ego* &c. Dawk. xxvii. ponit punctum (·) poſt ܐܦܩ, bene.

31. ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ *dico vobis*] In Dawk. xxvii. poſt ܠܟܘܢ *vobis*, ſequitur punctum (·), nec inepte.

32. ܢܫܬܒܩ *remittetur*] Bar-Hebræus legit, in Ethpaal, ܢܫܬܒܩ.

33. ܛܒܐ *bonos*] Dawk. xxvii. inſerit punctum (.) poſt ܛܒܐ, et delet puncta poſt ܒܝܫܐ *vitioſos*, et ܐܝܬ *eſt*; haud male.

38. ܐܢܫ *quidam*] Abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii.

39. ܢܬܬܠ *dabitur*] Dawk. xxvii. omittit ܬ finale.

42. ܢܬܩܠ *ſurget*] Dawk. xxvii. rejicit ܬ finale.

43. ܢܦܩ *egreditur*] Deeſt ܬ finale in Dawk. xxvii. ſed reperitur in Bar-Hebræo.

45. ܘܥܠܝܢ ܘܡܬܒܢܝ *et ingrediuntur et habitant*] Dawk. iii. imponit puncta pluralia ſuper ܘܡܬܒܢܝ *habitant*, et rejicit præfixum, ܘ *et*, uti legitur in Græcis.

50. ܕܡܢ ܕܐܝܬ *quiſquis autem*] Dawk. iii. ܐܝܬ ܠܐ, ſejunctim; et pro ܐܠܐ *autem* exhibet ܓܝܪ *enim*, ut reperitur in Græcis. Schaafius habet *enim* in verſione, non *autem*, ut in Textu Syriaco.

CAP. XIII.

3. ܠܡܙܪܥ *ad ſeminandum*] Dawk. iii. in *futuro*, ܢܙܪܥ *ut ſeminaret*.

5. ܠܗܕܐ *propterea*] Dawk. iii. cum ܘ *et* præfixo, ܘܠܗܕܐ *et propterea.*

6. ܚܡܪ *calorem ſenſit*] Dawk. iii. cum ܢ finali, ܚܡܢ.

Ibid. ܝܒܫ *exaruit*] Dawk. iii. ܐܝܒܫ.

8. ܦܐܪ̈ *fructus*] Poſt ܦܐܪ̈ ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii. et bene.

12. ܗܢܘܢ ܓܝ *illi enim*] Abeſt ܓܝ *enim* a Dawk. iii.

13. ܐܦ ܗܘ *etiam id*] Dawk. iii. ܐܘܐ *et id*, omiſſo ܗܘ *etiam.*

15. ܕܥܡܐ ܗܢܐ *populi hujus*] Poſt ܗܢܐ *hujus* ſequitur punctum (.) in Dawk. xxvii.

Ibid. ܘܥܝܢܝܗܘܢ *et oculos ſuos*] Dawk. iii. xxvii. ܘܥܝܢܝܗܘܢ, omiſſo ܕ.

16. ܙܟܝܐ *beati ſunt*] Sic Bar-Hebræus; ſed Dawk. xxvii. imponit puncta pluralia, atque ita Schaafius in Lexico.

17. ܐܡܪ̈ *dico*] Dawk. iii. coaleſcente pronomine, ܐܡܪ̈.

Ibid. ܠܐ ܚܙܘ *et non viderunt*] Dawk. xxvii. recte habet punctum (.) poſt ܚܙܘ, *viderunt.*

21. ܕܠܝܗ ܐܝܟ ܕܠܝܬ ܒܗ ܥܩܪ *non eſt illi autem radix in ſeipſo*] Pro ܠܝܗ, in maſculino genere, legendum, ܠܝܬ, in fœm. cum Dawk. xxvii.

22. ܘܠܡܚܫܒ̈ܬܐ *et deceptiones*] Abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii.

25. ܐܢܫ̈ *homines*] Deſunt puncta pluralia in Dawk. xxvii.

Ibid. ܒܝܬ *inter*] Dawk. iii. ܒܝܬ.

26. ܐܦܩ *protuliſſet*] Dawk. iii. ſuo more, ܐܦܩ, cum ܕ præfixo.

27. ܘܐܡܪܘ ܠܗ *et dixerunt illi*] In Dawk. xxvii. punctum (.) ſequitur ܠܗ *illi*, et non inepte.

30. ܬܪܝܗܘܢ *ambo*] Deſunt puncta pluralia in Dawk. xxvii.

Ibid. ܘܐܫܪܘ *et ligate*] Sic Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræus; ſed pleræque editiones habent in ſingulari, ܐܫܪܘ, at male. Vide Schaaf. Var. Lectt.

Ibid. ܩܛܝܪ̈ܐ *faſciculos*] Dawk. iii. omiſſo ܐ, ܩܛܝܪ̈ܐ. Et Dawk. xxvii. pro ܢܬܩܛܪܘܢ, *ut comburantur*, habet, ܢܬܩܛܘܢ, abſque ܐ.

32. ܢܩܒܐ *ſeminum*] Poſt hanc vocem apponitur punctum (.) in Dawk. xxvii.

Ibid. ܐܬܪܥܝ *excrevit*] Dawk. xxvii. habet punctum (·) poſt hoc verbum, bene.

Ibid. ܢܬܒܪ *niduletur*] Bar-Hebræus legit, ܢܬܒܢܐ, vocali Revotſo in ܒ, et cum ܐ finali.

33. Poſt ܫܡܝܐ *cælorum*] Pro puncto (.) Dawk. xxvii. exhibet (·)

39. ܚܨܕܐ ܐܢܫ̈ܐ ܡܠܐܟ̈ܐ *meſſores autem Angeli*] Deeſt ܐܢܫ̈ܐ *autem* in Dawk. iii.

40. ܢܘܪܐ] Errore Typographi, pro ܢܘܪܐ, *igni*, nam ita ſe habet in Dawk. iii. xxvii.

46. ܠܗ ܐܝܬ ܐ *erat ei*] Deeſt ܠܗ *ei* in Dawk. iii. ſed incuria ſcribæ, uti ſuſpicor.

47. ܟܠ *omni*] Dawk. iii. pro more, cum ܐ, ܟܠܗ.

Ibid. ܟܢܫ *congregavit*] Bar-Hebræus, ܐܝܬ ܕܟܢܫ ܟܠ ܡܢ, ܟܢܫ, i. e. cum vocali Revotſo in ܟ.

51. ܐܡܪ *dixit*] Dawk. xxvii. in benoni, ܐܡܪ *dicit*.

Ibid. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ *omnia hæc*] Dawk. iii. ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ *hæc omnia*, uti eſt in Græcis.

52. ܡܬܠܡܕ *qui edoctus eſt*] Dawk. iii. ܡܠܡܕ, ſecundo ܬ rejecto.

53. ܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܡܬܠܐ ܗܠܝܢ *finiiſſet Jeſus parabolas has*] Dawk. iii. ܟܕ ܫܠܡ ܡܬܠܐ ܗܠܝܢ ܝܫܘܥ *finiiſſet parabolas has Jeſus*.

54. ܕܢܬܕܡܪܘܢ *ut mirarentur*] Dawk. iii. ܕܢܬܕܡܘܢ, quod idem valet.

56. ܡܢܐ ܠܗܕܐ ܟܠ ܗܠܝܢ *Unde huic hæc omnia*] Dawk. iii. a primâ manu ſic, ܡܢܐ ܗܠܝܢ ܟܠ ܗܕܐ *quomodo huic igitur omnia*; ſed manu recentiori inter lineas poſt ܗܕܐ *igitur* exarantur hæc, ܠܗܕܐ ܗܠܝܢ *huic hæc*, quæ ſenſui omnino neceſſaria videntur.

57. ܐܠܐ ܕ *niſi*] Abeſt ܕ a Dawk. iii.

CAP. XIV.

3. ܗܘ ܐܝܟ *ille autem*] Dawk. xxvii. pro ܐܝܟ *ille* habet ܗܘ *ipſe*; et Dawk. iii. pro ܗܘ *autem* habet ܓܝ *enim*, quæ lectio magis idonea videtur.

6. ܒܝܘܡ ܕ *quum eſſet*] Dawk. iii. ܒܝܘܡ ܒܝܘܡ ܕ.

7. ܐܡܪ *juravit*] Dawk. iii. uti ſolet, cum ܕ præfixo, ܕܐܡܪ.

15. ܕܟܢܐ ܡܕܝܢܬܐ *turbas hominum*] Dawk. xxvii. abjicit puncta pluralia a voce ܕܟܢܐ tam hic quam in verſiculo 21.

19. ܚܡܫ ܠܚܡܐ *quinque panes*] Dawk. xxvii. imponit puncta plutalia in vocem ܠܚܡܐ *panes*, et bene; omittebantur forsan incuria Typographi.

21. ܓܒܪܐ *homines*] Absunt puncta pluralia a Dawk. xxvii.

22. ܗܘ ܕܫܕܐ ܗܘ ܒܗ *dum ipse dimitteret*] Dawk. iii. xxvii. omisso ܗܘ *ipse*, legunt, ܕܫܕܐ ܒܗ *dum dimitteret*.

35. ܓܒܪܐ *viri*] Dawk. xxvii. non imponit puncta pluralia.

CAP. XV.

6. ܡܣܪܬܟ̈ܘܢ *traditionem vestram*] Pro affixo ܟ̈ܘܢ, Dawk. iii. habet ܟܘܢ.

8. Post ܠܝ *me*, in Dawk. xxvii. sequitur punctum (.), et aptissime.

12. ܗܘ̈ ܬܠ̈ܡܝܕ̈ܘܗܝ ܩܪܒ̈ܘ ܠܘܬܗ *tunc accesserunt discipuli ejus*] Post ܩܪܒ̈ܘ ܠܘܬܗ *accesserunt*, Dawk. iii. inserit ܠܗܘܢ *ad eum*.

13. ܢܬܥܩܪ *eradicabitur*] Bar-Hebræus legit, cum ܢ finali, ܬܬܥܩܪ in fœminino genere.

14. ܬܪ̈ܝܗܘܢ *ambo*] Dawk. xxvii. rejicit puncta pluralia.

19. ܡܚܫ̈ܒ̈ܬ̈ܐ *cogitationes*] Dawk. iii. ܡܚܫ̈ܒ̈ܬ̈ܐ, sed mendose, uti suspicor.

20. ܐܢ ܡܢ ܕ *si quis autem*] In Bar-Hebræo legitur, inverso ordine, ܡܢ ܐܢ ܕ *si autem quis*.

21. ܠܬ̈ܚ̈ܘܡ̈ܐ *in confinium*] Bar-Hebræus legit, punctis pluralibus, ܠܬ̈ܚ̈ܘܡ̈ܐ *in confinia*; ut reperitur in Græcis.

24. ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ *Israel*] Dawk. iii. pro more, ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ.

26. ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ *Ait illi Jeſus*] Omittitur ܝܫܘܥ *Jeſus*, in Dawk. iii. aſſentientibus omnibus fere Græcis.

27. ܕܡܢ ܥܠ ܩܛܝܢܐ *comedunt de micis*] Omittitur ܥܠ *de* in Bar-Hebræo.

28. ܐܝܬ ܠܟ *vis*] In Dawk. iii. pronomen coaleſcit, hoc modo, ܐܝܬܠܟ.

Ibid. ܐܬܐܣܝ *et ſanata eſt*] Poſt ܐܬܐܣܝ omittitur punctum (.), quod revera ſupervacaneum eſt.

30. ܘܐܚܪܢ ܣܓܝܐܝ *et alii multi*] Dawk. xxvii. imponit puncta pluralia ſuper vocem ܣܓܝܐܝ *multi*, et aptiſſime.

33. ܕܢܗܘܐ ܠܢ *unde eſſent nobis*] Dawk. iii. xxvii. et Bar-Hebræus rejiciunt ܠܢ *eſſent*, quod et Græci non agnoſcunt.

Ibid. ܟܠܗ *univerſam*] Dawk. iii. ܟܘܠܗ, inſerto ܘ, pro more.

38. Poſt ܕܐܟܠ *qui comederant*] Sequitur punctum (·) in Dawk. xxvii.

CAP. XVI.

2. ܙܟܘܬܐ *ſerenitas*] In Dawk. xxvii. litera ܘ notatur vocali Zequopho, ܙܘ̣ܬܐ, et ſic invenitur in editt. Tremell. Regia, Hutter. Troſt. teſtante Schaafio in Var. Lectt.

3. ܠܐܢܫܝ ܡܒܝܢ *noſtis*] Bar-Hebræus legit, conjunctim, ܠܐܢܫܝ ܡܒܝܢ.

4. ܐܠܐ *niſi*] Deeſt ܐ in Dawk. iii. xxvii.

7. ܗܘ *ipſi*] Dawk. xxvii. ܗܠܝ *illi*, puncto ſupra poſito.

8. ܝܕܥ *cognovit*] Dawk. iii. uti ſolet, ܐܝܕܥ, ܐ præfixo.

Ibid. ܠܒܝܫܥ̈ܬܟ̇ *cogitatis*] Bar-Hebræus, ܠܒܝܫܥ̈ܬܟ̇, coaleſcente pronomine.

9. ܬܗ̇ܘܝܢ *memores eſtis*] Bar-Hebræus, conjunctim, ܬܗ̇ܘܝܢ. Et mox poſt ܬܗ̇ܘܝܢ pro (.) Dawk. xxvii. habet (·)

13. Poſt ܦܝܠܛܘܣ *Philippi*, pro (.) uſurpatur (·) in Dawk. xxvii.

Ibid. ܐܢܫ̈ *homines*] Abſunt puncta pluralia a Dawk. xxvii.

14. Pro ܗܢܘܢ *ipſi* Dawk. xxvii. legit, ܗܘ̇ܢ *illi*, puncto ſupra poſito.

Ibid. ܝܘܚܢܢ *Johannes*] Abeſt præfixum ܝ a Dawk. iii.

17. ܝ̈ܘܢܐ *Jonæ*] In Bar-Hebræo legitur hoc modo, ܝ̈ܘ̈ܢܐ.

18. ܐܢܬ ܗ̇ܘ ܟܐܦܐ *quod tu es Cephas*] Bar-Hebræus, pro ܟܐܦܐ, legit, ܟܐܦܐ, o præfixo, ſed præſtat ܝ, me quidem judice.

19. ܒܐܪܥܐ *in terra*] Poſt ܒܐܪܥܐ occurrit punctum (·) in Dawk. xxvii. et recte.

22. ܐܡܪ ܠܗ̇ *et dixit*] In Dawk. xxvii. poſtponitur punctum (.) et pro ܐܡܪ ܠܗ̇ *et dixit*, legitur, ܐ̈ܡܪ ܠܗ̇ *et dicit*.

